



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Sepultura bifariàm prohiberi potest, vel ratione personæ vel loci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

I Eam duntaxat excommunicationem intellige, quam vel ipse de iure vel generali consuetudine, vel speciali lege tulit propter aliquod atrox crimen, à quo per se nemo aliis inferior & Episcopo subiectus, præter ipsum & ipsius pænitentiarium potest absoluere.

Vide supra dicta p. 1. c. 1 de potestate reseruandi Episcoporum & p. 2. c. 2.

II. Prohibitio sepulturæ dupliciter accidere potest, vel ratione personæ, vel ratione loci: illud, quia v. g. in manifesta pertinacia, & censura Ecclesiastica Excommunicationis, interdicti decedit [A] hoc quia v. g. locus est interdictus, in quo tunc qui quid habet quandam participationem rerum seu officiorum spiritualium, & Ecclesiasticorum, prohibetur, ut exerceatur, inter quæ numeratur Ecclesiastica sepultura, cum officio Ecclesiastico, solemnique

I 2 ritu

ritu funeris, Item pulsus cantus,
comitatus &c. [B] & utrinq; si vio-
letur scienter peccatur mortaliter.

[A] certum est personas verbi gratia
nominatim interdictas & si Clerici
sint, non posse sepeliri in loco sacro
ex Clemēt. . . de Sepulturis [B] ex
Cap. Quod in s. de pœnit. & re-
mis. lib. 5. decret. tit. 58. in loco
autem prophano quamcumuis in-
terdicto quilibet sepeliri potest,
quamvis Clerus solemni rite non
possit comitari funus. Clericus ta-
men in Generali Interdicto locali
cuius causa non extitit, potest in
loco sacro sine pulsu & cantu sepe-
liri, quod si seruetur Moderatio in
Cap. Alma Mater, licebit præ-
fatis diebus pulsare campanas, diui-
nas officia pro defunctis obire aliasq;
pompas funebres instituere. Con-
ting de 17. dub. 2. n. 51.

III. Incendium Ecclesiæ, sege-
tum domorum &c, malitiosè, &

ex